...aristaus de Lazy.

Kochowski Melchioris: Cancellaria utriusque Juris nova — in capite Stanisl. Danier-ski revelata.

C

N

Hono
Scr

P

PE
M
D
V. F
nai

R

Fave
I
Sacra
NIC
Apo

Per
Elorc

C

CANCELLARIA
UTRIUSQUE JURIS
NOVA,
Honestissimis morum Regulis, Voluminibûs Legum, omnium Scientiarum Tomis, Gloriosorūq; Actorum, ac in publico satis manifestorum
PLENA,
IN CAPITE
PERILLUSTRIS VIRI, & CLARISSIMI DOMINI,
M. STANISLAI
DE LAZY
DUNCZEWSKI,
V. *J.* Licentiati, in Universitate Zamoscensi Matheseôs Ordinarij Professoris, Supremi Tribunalis Regni Geometræ Jurati, ac interea Facultatum DECANI.

RECENTER ORBI
RECELATA.
ET DUM
Faventibûs Auspicijs *PERILLUSTRIS et Reverendissimi Domini,*
M. PAULI ŁOSIECKI,
Sacræ Theologiæ Licentiati, Ejusdemq; Professoris, CANONICI Zamoscensis, PRÆPOSITI Vieluncensis, Prothonotarij Apostolici, Studij Generalis Universitatis Zamsc: Vigilantissimi
RECTORIS.
Solemni Ritu, ac in magna Hospitum Corona,
UTRIUSQUE IURIS DOCTOR RENUNTIARETUR:
In favorem Officiosæ gratitudinis
Per me M. *MELCHIOREM* KOCHNOWSKI, *Phiæ Doctorem, Rhetorices ac Dialectices Ordinarium Professorem, Contubernij Staringeliani Seniorem.*
AUTHENTICIS INSCRIPTIONIBUS
CONSIGNATA.
Anno Domini 1745. *Die* 4. *Mensis Maij.*
TYPIS UNIVERSITATIS ZAMOSCENSIS.

In Stemma Gentilitium,
ILLVSTRIS DOMVS
DVNCZEWSCIORVM.



Partibus hanc SOLEAM, CRVX quòd benedicat ab utris,
Diſcite: nam ſolos viſitat illa Deos.
Sangvineas etiam belli calcabat arenas,
Vnde beata rubet Murice, Iure dato.

CANCELLARIA
Vtriuſq; Iuris,
N O V A.

CAncellatum Sacratis Delio Viminibûs Cerebellum Tuum, Novam hodie Pandectarum in Vtroq; Iure *Cancellariam* pandit; ad quam dū Aſtræa Doctorali ſoliô provehitur Themis, me in Curionem adſciſcit ſibi, ut precone divulgem calamo Iuridicum Myrtetum Tuum, non aliter, quam myrrhatà ſolertiâ, quàm fabro labore cuſum, in Te reſultaſſe; nec in molem Divæ Facultatis molliter, ſed aſpero molimine ſurrexiſſe. *Perilluſtris Vir, ac Neo-Doctor Clariſſime.* Cum profectò nō Cypariſſi de gente Nepos, verùm Aquilini Elixir ſeminis renideas; etiam gratis commeantia in Te à Superis Talentorum monilia refugis: Gloriam ingloriam cenſens, quæ non ſudore pullulavit: ſementem ex ſentibus reputans, quam non de ſulcis aratæ in rugas laboribûs frontis, eſſet congerendum. Et ecce genuinum Stagyritarum Protagoniſtam! qui non prius ad annulares Doctoratûs prorifatur gemmas, quin inter Symplegades Eurippicas ge-

mati: nec in præcelsum Iovis Filiæ impetitur Iugum, nisi per intertextum ambagibus tigillû. Hinc plusquam Sardonicis eludendi cahinnîs; qui inter cupedias pacis, ac inertium cogitationum oriundi pulvinar, in Capuam molleq; incidunt Tibur, & nauseatis Peripati ludibûs, tenelli, mollicelli, desidiâ tepescunt: ad æffeminatas Culcitras formosô thermarum illiciô Virile arbitrantes posse venari Sapientiam. Non minus in fulcandi, quos superstitiosa corporis venustas, in Albicantes à Creta populos, inani Vestaliû metamorphosi commutavit; delibutumq; Artium Emporiû in verticem attollere tentâtes, Malobatrô illum ungunt Syriô, cristatas erigunt jubas, à fronte tingunt, à tergo fingunt & quadrant in suggestû; ut mendaciô formæ, & fallaci Charitum stibiô, invitent ad se Palladem. Verum: quis eam ad hanc genialem Cæsariem allexit? Allexit, sed Aristophanis nebulas, allexit, sed Polistrati somnia; allexit, sed Tenebriones in Capitolio mentis illius triumphantes. Nihilominus aliter spectatum in Te *Neo-Doctor Clarissime* postquam, sicut Dies proprio trabeatus in igne volvitur, nec mutuato fulgore adulterinus: ita & Tu phaleras, simulatoriasq; Cerussas ad irretiendam tibi Themidem neglexisti; sed plusquam viginti annorum ope, Capitale Opus Tuum *CANCELLARIAM* nempe Vtriusq; Iuris, exesis cutis, calloso labore sollicitîs vigilijs erexeras: ad cujus Propilæa, ipsum Simulacrum Virtutum ab alio prospiciens, ingeni contenderet, ni Te insitum adeo idoneo conciperet satu, ut in Te Vniversus, plusquam in Alcynoo Vlysses, in Chirone Achilles, in Xenophonte Cyrus, Iurium meteret fasciculos. Et hæc est viva (Cujus Tu Paradigma præfers) Academicis ad capessendâ gloriæ Turrim ideal: à felle scilicet ad mella, ab absynthio ad Thymum, à vepretis in prata, à dumetis in Roseta, à sylvescente tribulorum tyrannide, ad Hymettos, a prælijs ad Oleas prorepere Doctorales. Augusta enim nanciſceris.

fceris angustis, cùm primò salsedine frontem perluas, quàm flabellò inumbrantis Corymbi redimias? utq; priùs sudore nutritam, quàm concessam quieti sub O-lympia Iustitiæ leves, primùm annosus Iuriū Cultor antequam Iuriscōsultor decerneris. Et bene: nunquam otiò, quæ curarum preciò veniunt. Aurum nonnisi post Arismaspos superatos Gryphes, piscata æquora, effossas terras, æquatos montes eviſceratur. Ineruditū tantum stolonum vulgus est, quod sine cura germinat, nemineq; provocante ultro protruditur: spinæ ut colantur nō quærunt culturā, lolia ligonem, urticæ aratra Iuvencorum. Ast laurea Vitis madida semper tumescere svevit; nec aliter frondes concedit frontibus, nisi è nubibus lucubrationum, sudoris nimbò inundata. Hoc Tu idiomate Doctoralem Tuam comparaveras Myrtum, ut Capitalē *CANCELLARIAM* Tuā insignites, dum eandem Tibi industriā longa excoluisti, madore temporum nutrivisti, labore Myriadum parturijsti. Vnde dulcem gloriam crediderim Tibi, quià tanto amarore repertam, gloriosius Fastigium: quia per infestos Minervæ fastos, per invias Academici peritum solitudines. Idest: volveris operosæ Vraniæ Tuæ circulis, ad augustum Themidos Circum, eò auspicatiùs, quò per nubila ad sudum, per spineta ad Rosetum incedis. Decernitur Tibi Trophæorum dies, quia noctes bellorū exegisti: inumbraris Daphnidis ramò, quia ad Heliconium Phæbum æstuâsti: veheris triumphantibus in Capitoliū quadrigis, quia sagum Palladis apprimè in arena cruentâsti, purpurâsti. Et quia cō-mendabiliùs rubere fimbriâ, quæ inter mortales palluit Chartas: fulgere Titane honoris, qui Cleanteis tædis vespere diem incenderat: Ita Tu *Neo-Doctor Clarissime*: pallore librorum Themidis Purpuram traxisti, noctibùs meridem Honoris Tibi incendisti: postquam numeroso lustrorum sole, ad raritatem Orbi, admirandā in Legislatorum eruditionem, cunctarum Legum erigis

CANCELLARIAM, quæ dum privilegiatâ meruit insigniri Lauru, liceat & preconi illam involare calamo, cujus peragrando Archiva, tubâ canat, quanta Novitas rerum surrexit in Orbe.

Variegatis obryzô dignetur Fanorum delubris Themidem Antiquitas, attollat in honorem oculatas vitrô Pantheonum Ædes, nunquam cæterum augustiori hoc Divûm Germen exsceptum domiciliô, quam intra latebras Verticis Tui constructâ *CANCELLRIA*; Cui in fundamenta labores jecisti, in bases prudentiam submovisti, in fenestras immoriturae oculos mentis devovisti, ut æternùm Dijs Regnorum servaretur. Vicissim non deterior gloriæ portio Togatæ *CANCELLARIÆ* Tuæ, dum Iovis Filiam inquilinam fovet, Sacris Iustitiæ frondibûs sepitur, Foliis Divarum Legum authorisatur, annularibûs Doctorum catenis communitur, & quod Honorum Honor est: Privilegiatô *CANCELLARII* Nostri Faventissimi sigillô insignitur: *Illustrissimi* nempe, *Excellentissimi*, ac *Reverendissimi Domini, Domini* JOSEPHI EVSTCHIJ, *COMITIS in Slupow* SZEMBEK, DEI & S. Sedis Apostolicæ Gratiâ EPISCOPI Chelmēsis, ABBATIS Vagrovecensis: Quē adeo gloriari Tuis *Crucibûs* Gentilitiis comperis, ut in voluptuosas Ejus cordis Termopilas Domus Tua degeneret. Et ideo Honorum Honor tibi obvenit, dum Laurui Tuæ, Purpuratæ adnectuntur *ROSÆ*, quæ ab annis nō alio erga Te spiraranr odore, nisi ut ad Earūdem Pontificium spiramentum, favorabilemve Vigorem, vernares Honorificus. Honorum Honor, & noviter reclusæ in Vtroq; Iure *CANCELLARIÆ* Tuæ, dum sub Paludati Antistitis, Almæ Vniversitatis Nostra Protectoris Zelosissimi Authoritate authoritativa, Iuridicam innovat faciem. Quæ ab injurijs ac ærumnis sæculorū exclusa perennabit, quia Firmamētis Lechiæ, Iustitiæ idest, & Pietati Iudicis ac Pontificis Tanti innixa: quas Virtutes quis? nisi nebulones æmuli solis nō

pal-

palpant, quòd sint in hoc Præsule gemina nativæ Satrapiæ Columina, gemini Poli, quibus Imperij Olympus faustissima gyratione volvitur: geminæ Axes, quib⁹ Principum Curules ad immortalitatem provehuntur: Geminæ pupillæ, quæ pro commissi Principatus incolumitate, è Solio tanquam de specula pervigilant. Immunis & secura *CANCELLARIA* Tua *Neo Doctor Clarissime*, sub excubante invictissimarum Hastarum Præsidio *Illustrissimi & Excellentissimi Domini*, *DOMINI* THOMÆ *in Zamoscie* ZAMOYSKI, *PALATINI* Lublinensis, *CAPITANEI* Ploskieroviensis, Almæ Universitatis Nostræ *PATRONI* Amplissimi. Quem à primæva Sarianæ Dodonæ implantatione Tua, uti omnibus sinuato in arcū obsequiorū corde placere natus, vinculis meritorum Tibi concatenâsti, ut Te Medullam Vniversitatis suæ recenseret. Secura: quia Fundatoritiorū favorum ceu satellitum Colluvie cincta. Secura: quia Vigiliis Tetrarū Concussoris *Arietis* pervigil, dilemmatibúsq; cornuum obvallata. Porro auspicatissimam crediderim provectionem onerarij manubiis Sapientiæ Phaselli Tui, in altum Doctoralis Gloriæ æquor: quia sub Favonio, Purpurati non jam ventorum, ast Spirituum Moderatoris Æoli, qui popularem Zephyrorum Rempublicam gignit, molitur & ordinat; quibûs Academicum Parnassum ad floralia juvet. Secundam fluitationem Tuam ad Portum sive Portas Iustitiæ dixerim, quia cum adminiculo commeantis protectionis THOMÆ, *FUNDATORIS* nostri eluctatur in altum: qui Fluvius rapax est, ad Oceanū Gratiæ suæ, etiam tenuissimos aquarum, idest populorum devolvēs fontes: qui velut Præpes Aquila, ad beneficas Senatorij Numinis sui mensas, Palladis Ganimedes deportat. qui velut fugax Pegasus, ultra Stellas hostilē Bellerophontem deducit à Patria, ne dominante Ejus Purpura rubore suffunderetur cruoris. Benedicta etiam *CAN-*

 CEL-

LARIÆ Tuæ Institutio, sub sesquimedia Cruce *Reverendissimi ac Perillustris Domini, Dni.* M. MATHIÆ, *PAWOLOWICZ*, Sacr: Theologiæ Doctoris, Insignis Collegiatæ Zamoscensis DECANI INFVLATI, PRÆPOSITI *Szczebrzeßynesis*, Almæ Vniversitatis PRO-CANCELLARII Emeritissimi. Cujus aream ventilabrô, examinis dum peragrare ratus, nihil præter Frumenta selectioris in luribus eruditionis commiratus. Et hinc prodromam solemnis Licentiaturæ facultatem Tibi associavit, quâ Regiam Iustitiæ velut Phæbus conscenderes serenior. Sat fæcundo viguit odore Corymbus Tua Iuridica, sub liliato MATHIÆ Capite; in quo candidissimi eboris puritas, formæ & animi pulchritudo, dos svaveolentiæ, virtutum Diva fragrantia: totus virginei decoris apex, non de Pæsto aut Hesperidum hortis, sed de manu DEI liliis plenâ surrexit. Cujus pectora erga Vniversitatem indesinenti amore solida, ac si Ejus Laminâ Cyclopes ære Corynthio funderent, etiã invidis & impervijs affectibus cataphracta. Cujus volũtas, in Templis perfidæ Zizaniæ Extirpatrix, Palladianæ egestati Mater, Palæstritis Turrix, omnium illimitata amatrix, adeò ut velut Artemisia Maritos bibens cineres, Academicorum morti etiam conjungi, ac incinerari ardeat. Beati quoq; Ominis *CANCELLARIA* Tua, sub Augurio Soleati ALITIS, *Perillustris & Reverendissimi Domini*, D. M. ANTONII GORSKI, *Vtriusq; Juris Doctoris, & Professoris*, Insignis Collegiatæ Zamoscensis CANONICI, *Prothonotarij Apostolici*, PRÆPOSITI *Turobinensis, Dominij Zamoscani* ASSESORIS, PROMOTORIS Tui Æstimatissimi. Qui ab annis Tua in omnes propensione devictus, semper Tibi Tyndarideo Polluce claræ sympathiæ collucens, nunquã Vesuviũ amoris odiô polluere cupit: solo candoris exuberat in Te diluviô, Cujus fæcunditate etiam ad præsens Tibi

Lau-

Laurea vernavit Doctoralis. Et dum Jlla aurearum mentium Iustitialis Libra, & natæ ad optima Indolis Regia appretiatrix, Alma Academia Cracoviensis, ceu amica in Terris Dea Ipsummet, inversam licet, rectissimam tamen scientiæ boni & mali Arborem coronaret, nec patitur Fructus Honoris absorbere solus, quin & Te dignum præponi æqualibus, Senatui Promotrice Authoritate admoveret Iustitiæ, & de mappalibus hujus Germinis Tonantũ, Paterna segetes gloriæ dispensaret manu. Hinc quomodo prolixis distẽdi famæ nõ debeas pennîs, ubi ipsa gloria plorarer, ni Te sibi Pondus suum, Prototypon suum exploraret; in Quo reliqua Geniorum decora, Gymnasium nempe Facultatũ Delius, Iurisprudentia, novam *CANCELLARIAM* confixerunt. In hac ego Protocolla Originis Tuæ Domus revolvere attentans, primum folium me cum Septemtrionis Aquilonibus, rapit in Daniam; & ubi nativum Gentilitiæ Tuæ soleæ solum circinô pennæ dimetior, Balticũ mihi vicino pede prætermeãs obtruditur æquor satius puerili nanô deliquare undas, aut scalpurire me idoneum suo crepitu dicens, quàm Calamo Tuos scíscitari Thalamos. Sat procera Arbori Tuæ folia laudum, quia Daniæ oriunda cunîs, quæ Historiographorũ meruit annotari singraphâ, *Vagina Gentium:* quod si ita sit, Quid ergo Vos DVNCZEWSCII, ab illa protracti *Nepte?* nisi Rõpheæ cervicũ hostibũ, in alijs Stylô ferreo, in alijs gladiatâ lingva dextertimæ. Quod si Sphæra Domus Vestræ scalam Porphirij summitate requirat, non ego profundum Ejus, exili mentis bolide ad fundum rimari enitar. Indulgebitis tantum imperitæ pennæ, quod pervetustos Abavorum Vestrorum Proavos, Atavos subticebit, dum eos sæcula loquuntur. Effloreat mihi tantũ intra chartaceos sulcos ad anniversariæ Nominalium octavæ, ridentemq; Majum, *Magnificus olim ac Gene-*

Ioannes Lazowski, Lib: Gemma Innosza fol. 6. & 11. allegando Ioannem Boterũ Benusinũ lib. 3. fol. 30. & 33 Relationis quotidianæ: Quod longũ esset recensere.

rosus, *Dominus* FLORIANVS DVNCZEWSKI, *Heres in Łazy & Krzywonoska*, *Abavus Tuus Neo-Doctor Clarissime*, Vir sui aevi, etiam inter truculentissimam Andabatarum cladem Pugnacissimus: qui in Palatinatu & Districtu Cracoviēsi, nil Heroicô palatô, districtoq; ense nisi cruorem hostium sitiebat. Cumulus prudentiae: in Comitijs Consilij Numen, in Faederibus pacis Columen adoratus. Thessala tempe Rosis Virtutum factus, quarum intaminatae Sanctitatis odore indies ad amussim Superi pascerentur. Hinc Divorū Ephestioni, licet hic gracilia pennae laudes ebibant ora, orbatum encomiis relinquant, vocaliores tamē adsunt Stētores, Marpesia Ædiū Izmanoviensium cum Ejus honorificis Epitaphijs Saxa, quem muto perstrepunt venturae posteritati reboatu, quanta ab illo Aris & focis accessit gloria, venustas promanavit. Evolet tandem de cinerib⁹ busti, Accipitrinis DomusSuae Alis *Magnifica olî ac Generosa Dña* EVA MILOWNA ŁAZOMSKA *Abavia Tua*. Viro suo Heroi par insito vigore Heroina: Cujus formam morum, non eam dictant praedecessores dies, qualem detestandâ idololatriâ pedisequus vanitatis Sexus veneratur; qui unam cogitationum suarum circum, curarum arenam, finem gloriae, terminum desideriorum, plausuum theatrum, sibi praepostero studiô definit, & quidquid pyroporum Oceanus, aut Chloris colorum spirat, colligit; ut phaleratam vultûs scenam spectatori exponat orbi. Solô illa pietatis indumentô nitens, mamonam temperantiâ, gestus tranquillitate condebat, otiosamq; sedulitatem, negotiosam quietem ludens, nihil moribus ferreum, nihil agreste, nihil fastuosum comitata; semper Patriae solicita, se dolorosissimam cupiebat vixisse, modò Lechia non gemat. Verùm cùm non unô tantum punctô Horoscopum definire liceat; feratur velut Apocalipticus Ales,

in

Vixit Annos 90. mortuus Annô 1667. fer. 2da ante Festum Corporis Christi. Okolski Tom. 1. fol. 331. Item ex Actis Terrestri Gracovien. Annô 1639. Fer. 2da ante Fest. S. Nicolai Ponti. & Ioan. Łazowski Loco citato.

in paginam meritorum pennis, *Illustris ac Magnificus Dñus* IOANNES DVNCZEWSKI, Hæres *in Lazy* & *Krzywonoſka*. Exercituum Colonellus ſtrenuiſſimus, Proavus Tuus: Qui Menelao pectore, quæ tranſilijt Svetici rubiconis vada, quot Oceanos malorum laſonicâ enavigavit fama, quot Olympos tranſcendit glorià verior Alcibiades, quot Orbium Polos nobilitavit Palmis induſtrior Macedo: Svecorum Diarium Gentibus Diatribam agit. Quorum funeſto apparatu conflata in nubem agmina, cum in Climata levarentur Sarmatiæ, rubēte dextra Sacras jacularentur Arces, Muſulmano gurgite abſorberent ſortes: pulſavit multoties ſtrepitu armorum, contra tam turbidam nubilorum ſtragem IOANNES, donec innumeræ cum nimbo cruoris decidiſſent, ac in auras evanuiſſent ſuas, ut ſecurior quieviſſet Patria à tanta tempeſtate. Sed ubi tela vicinorum pectus præſidiô obvelant, ibi proprium exponunt ærumnis. Et dum fulgurantes ignibûs hoſtium nubes nihil prædæ ſub tanto Duce abſumere valent, nō patitur morā Charpia opum *Wierdz*, Generalis pro tunc *Gubernator* Cracovienſis: flammis irrumpit in hæreditaria Bona *Lazy*, ſuoq; veſuvio omnem Ejus ſubſtantiam victimat, exurit, demolitur. Profligarunt hæc damna animū IOANNIS CASIMIRI, REGIS *Poloniæ*; ſiſtit ante Majeſtatē ſuam minim è injuriis proſtratū Ducē, Regijq; Theſauri pretioſa recludit dicēs: Quoniam Patrium robur magnanimus in ſpes erigis lætiores. Quoniam in Te velut Majæ Nepote Cælis delapſo, paciferas oleas legit campus Sarmatiæ; electivo Tuo arbitrio committo, quid velles pro tanto diſpendio ſortis, Heroicis facinoribus, efferis vexationibus, Bonorum exhæreditationibus? Militaris quidem in illo ferviduſq; vixerat ſpiritus, avara tamen munerum orexi exanimis alta reſpōdet fronte. *REX Sereniſſime.* Injuriæ notā, meritorum cenſū ut compleam, ſat mihi im-

C mor-

De quo Diarium Sveticum, Anno 1656. die 7. Iunij. Idem Ioannes Lazowſki, locô citatô.

mortalis valoris Clenodium KRZYWDA prodest; satiata cupiditas mea ea honoris portione, quâ me Stemmatis Abacus honorat. Vnde nec appetitui Successorum meorũ repugnet, quô mea pascitur fames. Hinc gloriosæ Regis laudes in Generosum Gradivi evolutæ Athletam, quòd Marte non rapaci instructus Miles: in signumq; Regij Amoris in fidelem Civem, *Loricam ei Gladiumq;* contulit, ad muniendũ à venturo hoste Clenodiũ *Krzywda*. Sed ego tantũ Virũ plusquam dentatum Romulidum Sicinium loquar: nam ille phaleras, & armillas in coronam spolij post aliquoties cruentatã aciem nactus: hic quoq; nihilò multa restituit, postquam injurias, *Krzywdâ* resarcit sibi. Efformat hic Aciâ Domus suæ pennam meam in Mercurium elogij sui, Consors illius; *Illustris Magnifica* ANNA STARZKA, quæ ethymo & re vetustatem Ortûs sui exhibens, maturũ exposcit Stylũ ter(ũq; acum ẽ, ut illi cõgrua laudis resultet Pyramis. Verè à Bipenni Heroinã diceres, quæ spiritus fudit, ubi Reipublicæ volveretur Series, maresq; animos induta, exuit Sexum; ut Viros indole vinceret, confunderet Sybaritas, ostenderet quoq; Achillem sub peplo & tenia cõdi: nec Divã Pharrasiam absq; ægide, galea & Sarissa, inter Cecropidas; nec Dianã inter Ephesinas columnas absq; Ephesino spectari. Pietatis ejus non suscitabo hic igniculos, quibus ad amorem sui incenderat Divos. Satis aggravata donis Sacrarij Izmanoviensis cautes personat, quantis legatis obligata, quantis beneficijs per Eam, perq; generosissimum in Superos Maritum Ejus cumulata superbit. Ingerit mihi in gloriæ suæ præconium calamos & *Illustris ac Magnificus Dñus* IOANNES DVNCZEWSKI, *in Lazy & Krzywonoska Hæres*, Avus Tuus. *Salinarũ Vieliensium S. R. M. Notarius: Generalis per Palatinatum Cracoviensẽ, Siradiensem: Ducatum Zatoriensẽ, Osvicimensem: Terrarum Vielunensem, cæterosq; Districtus,*

Quar-

Acta. Castren. Cracovien. Feria 2. in pervigilio S. Thomæ Apostol. Annô 1674.

Quartarum Distributor. Portum & Anchoram Statu tenuit Regni. Quoties enim in illo scrutata sunt Oracula, Centumviratus Sapientiæ est extractus: quoties exquisita consilia, plusquam Areopaga prudentia est revisa: quoties spectata Religio, Probinos excedere observata. Numen Artium: Cui naturæ prægnantis dotes, fæcundusq; uterus adeò præclarum ingenium contulerat, ingenuūq; benigno Astra lumine cōspexerant, ut Chronica Volumina, à Regni origine ad *Serenissimū* AVGVSTVM II. Regem Poloniæ diserto, polito, accurato idiomate, ad Priscorum laudem ederet. Quid tandem Acta Terrestria Cracoviensia, quid Terræ Xiazensis, quid Vielunensis, laudum agent? quæ confuso digesta Ordine, in regulatissimas congessit Synopses. Quātos iterum debeant ei gloriæ Colossos erigere, Erectiones Templorum; quas per Palatinatus, Cracoviensem, Sendomiriensem excerptas, in calculum legionesq; Foliorum compendiatas, concinna methodo ordinavit. Verè Tricliniū rectè-gestorum, limatæ prudentiæ Cōsus; cujus solidiori basi Magnatum Capita cum suis innitebantur Basilicis; unde poscente Arbitrio Palatinatûs Cracoviensis devictus, Deputatum Revisorem, in Xiazense Territorium egit, ubi ponderosâ solertiâ, lacertoso molimine, operosis curis, divulsos codices collegit, revidit, digessit. Acta nō minus hostili petulantia dispersa, ordinatis decadib⁹ in numerū redegit, suisq; restituta domicilijs, subscripsit, obsigillavit, cōsignavit. Porro pennatus in negotijs Patriæ volitans Aliger, Cælô protegi, rerum ærumnis & inclementiâ exerceri, duro cespite fallere noctes, provocare vigilias sapidissimum sibi habuit. Tanto Heroi cessit in Consortem aurei velleris *Magnifica ac Generosa D. de Piaski, & Stardzow,* PIASKOWSKA, *Magnifici* ac *Generosi* D. STANISLAI PIASKOWSKI nata Progenies, Avia Tua

Ex Scriptis Salinarum Vielicensium, S. R. M. *ab Annô 1688. Acta Castrensia Osvicimen. Feria 3tia post Fest:* V*isit: B. V. MARIÆ, proxi Annô Dñi 1667. & Niesiecki, Coronâ Poloniæ Tom. 3. fol. 583.*

Neo-Doctor Clarissime. Quæ intaminati candoris parturiens lanas, has sibi in Regias Eloquentiæ Chlamides texendas impertit. Certè maxima attollentium de illa promanat Panegyris: Cujus Sacrarium probarum qualitatum verè augustum, verè Heroicum: quod Americi Vesputij Conchæ, centum triginta uniones in se claudentis pretium, admirabili naturæ ac Virtutum copiâ affluens vicit, & excessit: in qua illibatæ mentis candor, sincera bonorum congeries, mores meliore metallo ducti, boni publici incomparabilis amor, ordine selecto distincta cernebantur: porro Amussis facinorum lectissimi Mariti sui luculentissima. Hic dum mihi Heroica *Illustrium* PIASKOWSCIORVM aperitur ad commensurandas laudes arena. Fundatur in aciem Styli *Magnificus ac Generosus Dñus* STANISLAVS *de Piaski, & Stardzow* PIASKOWSKI, *Abavus Genitricis Tuæ Neo-Doctor Clarissime*, Qui Scipione animo inter Sparthanos Poloniæ excellens Heroas, Pronubam Iunonem *de* Inclyta MORSZTYNORVM, propagine sumit in conjugium, arridentibus plausibiliter *Letivæ* Astris nubet. Quam, non quia totâ gemmeâ, totâ roscidâ, Idalioq; speciosiorem vultu præterret Majestatem catenat; sed quod masculo pectore supra Camillas spiraret, supra Pantesilæas emineret associat, ut sic Par Nobile & Mavortiũ, cõsonis viveret Spiritibus. Et sicut magna Stemmata magna flumina sunt, quæ quantumvis ab ortu modica, in ipso tamen natalium suorum labro solicita, trepidatione in cursus anhelant: Ita STANISLAVS flantis laudis ut opifex prodeat, enatat usq; inter Parisios Pontes, ibidéq; Artis, & Martis prolixo annorũ sole Athleta; erudivit Redux Lechicos Idiotas, & arma & Literas simul certa trophæa erigere; dum Mercurius Togâ, & *Sagô* magnanimus, celeberrimas in militia Regni ad invidiam Sarmatarum deferret palmas. Provocatur tandem

apex

Ioannes Łazowski, & Niesiecki, locô citatô.

apex calami in Olympū gloriæ, vocali etymō *Illustris* ac *Magnifici Domini* IOANNIS *de Pinski, & Stardzow* PIASKOWSKI, Proavi Genitricis Tuæ *Neo-Doctor Clarissime*: Cujus pectora ære triplici fusa, vaginam Bellatorum portenderant, quoties præcipites Africos Aquilonibus certantes fugare, tristes Hyadas cum rabie Noti convellere, obvenerat: utq; viriliorē in hostes condidisset pugnum, *Illustris* ac *Magnificæ D.* ANNÆ CZERNA pugnacissimo accingitur connubiali fœdere Gladio, Ansulisq; lebetinis *Novinæ* obvallatus adeo, ut si authorisatas Nomine ejus, cosignatasq; cō stitutiones, *in Prossovice* recenseres, novam status Anchorā, tantum Virum promulgares. (a) Liceat adhuc Augustos nonnihil contemplari manes, & vel in pulvere virtutis legere vestigia, *Magnifici* ac *Generosi* D. PAVLI PIASKOWSKI, Plusquam strenui in Lechia Agamemnonis, qui gladiatum Nomen Fraterno dum junxit cum STANISLAO Sangvine, Parem Laomedonti Priamum, aut gloriosiorem illô præcinendum venit. Qui ceu Ancyle lapsum cælitus semianimi profuit Patriæ, & ubi in volutam cuneis & cuniculis Gradivi juvandum erat, nil nisi vala mortis, sagittas jaculorum ardentes hostibus paravit, donec cornu salutis Lechiæ erexisset. Gemma cordium: *Invictissimis* olim STEPHANO BATHOREO, et VLADISLAO III, *Regibus Poloniæ* æstimatissima. (b) Voluptas animi Magni olim IOANNIS *in Zamoscie* ZAMOYSKI, *Supremi Exercituum* DVCIS & CANCELLARII *Regni*: Cujus Nuptialis dum exultaret Hymen, cum tota Aquila tripudij obsonia suo immolaret *Duci*; dū Paranymphalia cum *Serenissima* GRIZELDI BATHOREA, bis septē calendis, Regio STEPHANI apparatu, sumptuq; incredibili colerentur: Heros ille, dextrô hastiludiô tanta adauxit lenocinia, postquam plurimas Olympiades dimetiens, ad cataphractum olim NICOLAVM RO-

D GO-

(a) *A. D. 1587. Constitu: fol. 422. Idem Łazowski, & Niesiecki, locô citatô*
(b) *Paprocki, sub stemmate Kozlarogi, fol. 199. & 252.*

GOZYNSKI, triumphatrices confregit haftas. Sed non tantùm Arenæ, verùm etiam & Aris suo Nomine propensi PIASKOWSCII: ex quibus adsit *Reverendissimus olim, ac Perillustris Dñus;* ADAMVS PIASKOWSKI, *Archidiaconus & Officialis Generalis Leopoliēsis,* Præpositus Grodecēsis, Frater Proavi *Aviæ* Tuæ, *Neo-Doctor Clarissime,* Protomystes sacerrimus. Cujus illibatus Virtutum Ex *CZERNA* flos, quàm integrum Christo spiravit odorem; præcipitatæ in freta mundi thermarum opumq; cupediæ monstrant. Vir Tritonium excedens Numen: ad Arcana *Justitiæ* multoties Tribunalis Regni Deputatus; maturus Solon pandebat Iustitiæ Magisterium, egitq; Satrapiæ in secretis Metellum, in stata fide Custodē Fabricium, in vindicandis Legibus fervidum Pomponium. *Juvaret* tam opimæ PIASKOWSCIORVM, Arboris frugiferos Sarmatico in Orbe indigitare racemos, quàm emeritis, & in viridi & in arido gloriæ adoreis, per *Palatinatus Cracovienses, Lęczycenses, Inovroclavienses, Podoliæ, Russiæ,* aliosq; fronduerunt: (*c*) ni Euxinum littus arenæ se offerat, ubi numerosa PIASKOWSCIORVM, calculanda Series occurrit. Nam si Fontes consangvinitatis tetigero, nonne vadosus remo calami mei mæander? Petra sunt Cymbæ mentis Oratoriæ impervia adita perpetrans. (*d*) *Illustrissimi* olim & *Excellentissimi Domini* D. PETRVS SZAFRANIEC, *Palatinus Sendomiriensis.* (*e.*) PETRVS alter DVX *Campestris,* Regni Exercituum. PETRVS tandem *a Pieskowa Skała* Palatinus Crac: STANISLAVS *a Pieskowa Skała* (*f.*) primò *Castellanus, mox Palatinus Sendomiri-*

en-

(*c*) *De quibus idem Niesiecki, locô citatô. Et sacer Musarum Nexus Mathiæ Brodzki, Phiæ Doctoris Annô 1681. Item Paprocki, Okolski, Łazowski, & alij.* (*d*) *Nakielski in Miechovia fol. 68. Et Duryewski M. S. Łazowski, Lib. Kleynot Iunosza fol. 11. Herburth. Statut. A. 1436 fol. 218. Przyłuski, A. 1433 fol 131. Et Lasci. Statut. f. 67 & 140. subscripsit Literæ* Stephani Regis Poloniæ *ad Civit. Crac. A. 1578 & Paprocki fol. 57.* (*e*) *A. 1650 Constitut. A 1661 fol. 10. & 1662. fol. 23. subscrip. Histo. Postorij fol. 149 & Starowol. Moncimen. fol. 682* (*g.*) *Łazowski, locô citatô.* (*h*) *Annô 1541. Nakielski, Cst. Miechow. fol. 671. & Niesiecki, Tom. 1. fol. 319. 379.*

ensis. Pervetusto Bellatorum entheo Hectores invictissimi: Nati virtutibus in Lechia Senatores. Gentilitij Bucephali sui Alexandrino ausu Sessores, Lunatorum Steropum ac bellicæ Propontidis imperterriti Domitores. Quid tandem STANISLAVS WITOWSKI, *Castellanus Sendomiriensis* (g.) NICOLAVS PRZYREBSKI, *Capitaneus Tuszynensis: Castellanus Sadecensis.* STANISLAVS CZERNY *Capitaneus Dopczycensis:* consentiente SIGISMVNDI, I. *Regis Poloniæ* arbitrio Sepulchri Christi pientissimus *Visitator* (h) PETRVS CZERNY *Castellanus Lublinensis* Legatione pro publicis convocationibus celeberrimus (i) PETRVS *Vexillifer Lublinensis*, Frons Legatorum in Comitijs Regni (k) STANISLAVS *Subdapifer Lublinensis*, JOSEPHVS *Castellanus Sadecensis.* MICHAEL *Dapifer Wolhinensis Succamerarius* GENERALIS *Leloviensis*, ANDREAS *Burgravius Cracoviensis.* MICHAEL & STANISLAVS *Capitanei Parnavienses*, (l). cæteriq; innumeri Heroës & Honorij. Quos syllabum immensum exilis iste sentit Tabellio, nonnisi omnis ævi paginâ comprehendendum. Tam numeroso Nomini, numerosiora & porro innumerabilia pinguntur Stemmata STARSCIORVM in *Palatinatu Siradiensi*, SIEMIECHOWSCIORVM, ORACZOWSCIORVM, MORSZTYNORVM, ZVCHOWSCIORVM, DZIALOSZYCCIORVM, MILOVIORVM, ŁAZOMSCIORVM, WILKOCCIORVM, CHWALIBOGORVM, WITOWSCIORVM, ROZNOVIORVM, GOLVCHOWSCIORVM, PERETIATKIEVICIORVM, (m) & aliorũve calculô æternitatis cõputandorũ. Quorũ unus quisq; Atlas labentis, Licurgus stantis Patriæ personari meruit. Sonora hucusq; est vox clamantis famæ, Nominis illorum, per Poloniam, quàm Herculeis passibus ad

(i.) *Anni 1572. Belski, 664.* (k). *Annô 1607. Cichoc. Alloq. Osecensia Niesiecki Tõ. 1. fol. 380.* (l) *Paprocki, Okolski, Łazowski, kleynot Iunsza & Niesiecki,* (m) *Dequibus. Bielscius fol. 253.*

Patriæ decus & commodum contendentes, per ardua quæq; & confragosa, niterentur. Vnde ambiebat Senatorius murex jam bene notos sibi illorum lacertos, ingentium meritorum in Republica bajulos; cui magnum illicium est, ut sequaces amiciat, fuisse pro decoro gestum à primis.

Nunc tandem refulgeat novum Patrio Cælo Parelion. *Magnificus ac Generosus Dñus JOANNES de Lazy* DVNCZEWSKI, Teloniorum Granicialium Regni Præfectus, Genitor Tuus *Neo-Doctor Clarissime*. Pelides Sarmatiæ bellacissimus: cujus meritorum agmina margines Diphterarum transcendunt, sub *Serenissimis JOANNIS* III *et AUGUSTI* II Regibus Poloniarũ, per Patrios cãpos sat fusè seminata, progenita, exacta. Nempe: Quoties sub *Illustrissimis* STANISLAO *JABLONOWIO, Supremo* Exercituum *Duce* & *ADAMO SIENIAWSKI, Castellano* Cracoviensi, Gradivi functus munere, armatis in pugnam celerisontibus Ductor, toties Bosphoranæ emugiverunt ripæ. *JOANNEM* tormentum ferociter intorquens sẽtiẽtes: cujus pendulò contò duci in opimam Nobilemq; Ducibus prædam arbitrabantur. Seriem Virtutum hæreditariarum illius non texo; vastissima fuit: ægidem animi Ejus non revolvo; in oculis Vniversi versatur. Mansvetudinem pectoris non edissero; mitissimæ AGNETIS *de Piaski* PIASKOWSKA, erat Propago. Fidelitatem Regibus intactam non recolo; *Regiam* fortunam curis suis gestabat, ampliabat. Veridicum Oraculaq; veritatis pandentem non promulgo; huic advitalitiè pectora devovit sua; postquam *Armæ Prawdzic*, cum *Magnifica ac Generosa D.* SOPHIA *SOWINSKA*, Matrimoniali sibi adscivit nexu. Ex his igitur unitis Tripodibus quatuor Orbi emanârunt veraciores Genij. Casus mirus, sive *CASIMIRUS* Præpositus *Lipsiensis*, qui liliatum Nomen suum Ararũ violis inseruit. quô & InmortalesAgni & subjecta oviũ millia pascerentur, nilq; deVirtutibus cedendo; tempo-

po-

poralia æternitatis contēplatione, Mystes ab exemplo, confundit; sepelitq;. Stantis laudis gratia (n) STANISLAVS, IACOBVS tandem animosus *à Solea* Heros. jam probatus sexeniô Gradivi Athleta, honestorumq Gemma morum. Et Angelus Gladiatus (o) MICHAEL quaternionis Nobilissimi præstantior Corona. Concēde ergo primus soleato pedemate Olympum laudis, M. STANISLAE *de Łazy* DVNCZEWSKI, in Vniversitate Matheseôs Professor, Geometra Iurate *Neo-Doctor Clarissime*, Magnatum & Archiducum Amor, Gloriæ soboles, sæculorum Historia, Cui in cunas Angulus Kętorum cessit, ut monstrâsset maximè pretiosa, quæ in latibulis & abditis oriuntur: Colossumq; etiam in puteo servare magnitudinem: Compatriota Sanctorū; Pietatis idioma, non magis expressisti, quā dū ijsdē fascijs involvi volueras, quæ jam D. CANTIO in stolam Gloriæ, & falces Olympi abiêre. Hinc S: Berecynthiæ Divorū Genitrici, Almæ Academiæ Cracoviensi ad lactandū, cōcreditus; ubi Tyro pandebas Sapientiæ Magisteriū; adeoq; Etymologicæ Palladis fidelis Theopōpus, ut nunquam ignavorum Deam Vacunam placares victimîs desidiæ. Et ne in fabulam Orbi Nomen Tuum porrexisses, fabulosas Vatum Cortinas altô superciliô, minimè tempseras, ast in illis partem veri secutus nunquam à recto studiosæ mentis deviaveras. Mox facundi Mercurij Comes toto amplexu Elocutionis schemata perpendisti, solam in moribus metaphoram nunquam præculeras. factis dicta complendo. Hinc scientiam meditationis mortis aggressus, nulla perversîs suppositionibûs laborantia sophismata, sola apodictica in modis directis omnigenæ probitatis argumenta formaveras. Inter Theologos maximè Te Ethicum mirabatur Vniversus, postquam solas actiones Virtutis pro scopo Tibi delegisti. Tantam porro morum comitatem, comites utriusq; Philosophici gradus

E Lau-

(n) *Metrica Ecclesiæ Kętensis A. 1701. Die 8 May.* (o) *Metrica Ecclesiæ Mysłenicensis.*

Laureæ ambierunt, creveruntq; in magnificas Cedros ad decus & subsidium Academi. Hic Senatui Doctorū, & Professorum cooptatum, dum ex meritis pōdero, non Iliadem Homeri in Te reperio, ut eam nucleo claudam, Cælum in Paginam, Oceanus in sepiam, æternitas in svadam cedere deberet, ut cuncta de Te sculperentur. Nunquam abolenda Soleæ Tuæ Vestigia sat vigent in Arena Gymnasiorum Iagellonis, loquunturq; sæculis, quanta laboris stadia per Olympiades Philosophicas, Mathematicas, es emensus: tum publicis Lectionibûs velut Iunonis ablactationibûs, Lechicam adolescentiam nutriendo; tum Philosophicis suis Laureis, Nobiles numerosæ Victoriæ in Vniversitate illa Templisq; non tantum Cracoviensibus, verùm etiam adjacente in *Tyniec* Palmas colligendo. In quo solemnibûs Pauli calendis, una cum *Clarissimo* olim REMBECKI non paululum gloriæ gladiatis argumentis Tibi & Orbi Literario evicisti. Reliquisti quoq; & fulgorem Oratoriorum Luminum intra Cracias Vrbes, *in Aurora Musis Amica*, taliter apellata CATHARINA, quam dum sublimi eloquiô, in Basilica Patrum Divi Augustini celebrares; omnem Auscultatorem augustus sermo Tuus intentum ora tenere, stupereq; coëgit. De meritis in Alma Vniversitate Zamoscensi propagatis, quid efferam? Gygante animo opus, ut labores, donaq; animi Tui sidera vertice tangentia complectatur. Nēpe: ex Hemispherio Cracorum, in Zodiacum Sariorū transvectus Tytan, ad percurrendos Divæ Mathesis axes, & Astronomica signa, nunquam in Tropico cancri tarda reptâsti indole, verùm in saliente capricorno semper Atlantico passu montes petebas laborum. Primò tamen Heliconiæ Fidicen Lyræ; Pöeticas omnis generis Palinodias, dulci testudine per Heroicum carmen decantâsti: Vbi simul celeberrimus Comædorum Strategus, immortalis argumenti scenas luseras. dum *Sacratiorem Theseum Christum* sub *Illustrissimis* Domus

Fun-

Fundatricis Hastis, patientiâ triumphantem, augustô præsentâsti Orbi Dialogismô. Hinc ceu flos illibatus populi svadæq medulla; ab ipsis ungviculis Tibi dilectæ adstrictus animorum Reginæ, Eloquentiâ plusquã Isocraticô Verborum ludô triumphaveras, & maximè tunc cùm *Verbo Passivô*, Amori Patienti *Christo*, ad Sepulchrum Domini in luctuosa Parasceves compatiebaris die; ubi non unum Vlyssem, sicut Syren, sed multorum animos demulsisti. Mox Stagyritica elatus Classe Iason, gloriæ, non fortunæ velificando, secundis vẽtis Philosophicum emensus es æquor; atq; bis iteratô integrô Cursus Aristotelici navigiô, per quinquennium vela dabas ventis, idest; acies Disputandi in aprico centenas, sabbativas millenas instaurando, ut verum Ens mobilè apellareris, quoties in Templis, Atheneisq; certares, uti huçusq; non çessas argumentis dexter stadiodromus: unde reportata Trophæa, non Tibi, sed *Illustrissimis* Familiarum Domibus, OSSOLINSCIIS alijsq; publica Conclusione dedicaveras, ut hinc Vuiversitati laureas gloriæ produxisses. Decanali aliquoties muricatus Purpura, nunquam teneriorem Peripatum inter Logicales pungi ad pudorem spinas permisisti; quinimo has, in explicatissimas evolvendo rosas, acsi Matina apis, semper ex illis communi mellificabas bono: Inter hæc floralia, semper respuisti Halcionia, naturaq; Tibi solius principium motus fuerat ita: ut Pphilosophicis non contentus provehi circulis & Eloquentiæ simul Te ingereres periodis. Sat triumphales face Oratoria incendisti Pyras, Tumbæ *Illustrissimi* THOMÆ ZAMOYSKI, *ORDINATI*; postquam *Tridentem Gentilitium Hastarum* Neptuno, *Fluminum ZACHOROWSCIORUM* ereptum, clarissima Poloni idiomatis Panegyri demonstrâsti. Hoc lumine Tuo celebrior reluxit Hymen. *Illustrissimo* olim *WIELKOWSKI*, *Castellanidæ Wolchimæ*, *ac Illustrissimæ* ZAMOYSCIÆ Palatinis: Smolensc: ubi in *Triumphalem Hastarum coro-*

nam Flores WIELKOWSCIANOS, utraq; Styli methodo nexuisti. Hîs oratoriîs igniculîs amor nuptialis refulsit. *Illustrissima* STANISLAI POTOCKI, protunc Capitanei Haliciensis, modò Palatini *Kijoviæ* cū *Illustrissima* ZAMOYSCIA Palatinis: Smolensc: quē, *Vulcanum Sacratiorem*, tū Latini penicillô Styli, tum Patrio carmine adumbrâsti. Mox verior Mercurius Heroicum caduceum Tuum *in Hastas* mutâsti, quas in ferali arena *Illustrissimi* olim MICHAELIS *ORDINATI* ZAMOYSKI, *Palatini* Smolensciæ, generosior Palladis Eques fregeras, sub titulo *Lancearum fatalium*, eas plorante laconismo celebrando. Natus Provector Principiū etiam faustissimā Inaugurationē *Illustrissimi & Excellentissimi Domini D.* moderni ORDINATI, Palatini Lublinensis, Protectoris Nostri amplissimi, Aureliis currûs Palladiani Reginæq; Eloquentiæ quadrigîs, in Capitolium Ordinationis traxisti, *Honore ORDINATO* honorâsti. Quinimo Eundē Curuli Palatinatûs in Metropolim Iustitiæ provehendum, jam satellite genio Tuo ducere intendisti, cùm *Achillem Purpurarum Honorem, Sarianâ Hastâ triumphalē* ad applaudendū auspicatissimè venturo Ingressui providisti. Deplorator Magnatum, Expugnator fatorum, Illuminator Parentalium inferiarum: postquam Funeralia *Illustrissimi* olim & *Excellentissimi D. WIELKOWSKI, Castellani Wołchiniæ, Heraclito fata mortalia lugente* ut complorâsses, lachrymātia Tullij æquora effudisti. Vt Tumbam *Illustrissimi* olim & *Excellentissimi D.* SZANIAWSKI Episcopi Chełmēsis CANCELLARII *Nostri faventissimi* fusè conspersisses: *Arietem in occasu, lachrymarum tempestatem excitantem* provocâsti. In cujus lugubri exportationis Proscenio Rethorico lumine mæstas incenderas Pyras, solemniq; lingva, ad Limina Academica tragicè perorans doluisti. Vt solutum mortalitate *Illustrissimū* olim & *Excellentissimum D.* ALEXANDRVM FREDRO Episco-

pum

pūm Premisliensem reddidisses, *Gladiô Alexandrinô* fati resolvebas nodū. Vt funebrales adauxisses Rogos *Illustrissimæ* olim MNISZCHOVIÆ, Mareschalcæ Regni: *Sideribus Sarmaticis* intra Pyramides Mausolei refulseras. Prominuerunt Tuæ Eloquentiæ clenodia, & numerosæ, modò *Reverendissimorum*, modò *Perillustrium*, modò *Clarissimorum* Doctorum Coronæ: quorum alijs *Appiam Honoris*, soleîs Patrijs tritam. alijs *Gemmas Infulæ Zamoscanæ*, textu solius Scripturæ S. intertextas; efformâsti. In alijs *Orexim fatorum acerbam* flumine dilecto extinxeras. In alijs *Restitutionem vitæ mortalis* Panegyrica fæcunditate reparaveras. Aliosq; Literarij ac Sarmatici Regni Coclites Augustis operum Tuorū Elogijs Cœlis & Orbi commendaveras. Prætereo ob ingentem seriem materiæ, personata sub concavo Lunæ Tua in Mathesi facinora, cujus motibus à 20 annis admotus, adeo tubô ingenij Cælestium Corporū numeros, magnitudines, situs, Sistemmata, Ecclypses, Aspectus, percurristi; ut nova sublunaribus posses producere Astra. Plena volumina Tuis speciminibûs, plenæ Stoæ dogmatibûs, plena ingenia Tuis fulta Eruditionibûs. Patuit Olympo Literario, patuit Polonæ Iuventuti; quantæ celeritatis in Arithmeticis fulseras Archimedes, quam per omnes species usq; ad Logisticam tractâsti. Patuit ex computu Ecclesiastico, quis Ecclesiastes; patuit ex Geographia, quis Ptolomæus; patuit ex arte Scioterica, quis Horologiographus; promineres. quæ omnia repetitis vicibûs tradidisti. Erudijsti Orbē Problematibûs Longimetricis, Embadometricis, & Stereometricis, qualem Te Euclidem: Erudijsti Theôriis Planetarum; qualem Alpetragium. Erudijsti in Sphæra de Sacro Bosco; qualem Horontium Te deberet venerari. Et porro Operatrix Astrologia nunquam accuratiùs. Gnomonicas, Meteoroscopicas, Dioptricas exercuit Partes; quàm in Instrumentis Genij Tui. Nunquam Divinior Vrania expeditioribûs vehebatur axibûs; quā acuta ro-

rotun-

tunditatē mentis Tuæ, quam per Climata ferè Vniversi Annualibûs Calendariorum circumducis operis. In quibus nihil solenniùs præter curiosas praxes revolvis, quā Oriundos *Serenissimarum*, *Celsissimarum*, *Jllustrissimarum Domorum* Thalamos. Personant Te victrices TVBÆ, *Celsissimæ Domûs* RADZIVILIANÆ, cujus *Chronologiam Sinopticam à Littavo Columna*, *Palæmone*, *Dorspunga*, *Prospero Cæsario*; interruptim in Linea Paterna, Materna, & Collateralibus, ad hæc usq; tempora declarâsti. Gestat Te glorioso sinu suo *Amazon Ravicia*, Cujus Torum Authenticè à *Celsissima* olim *Ravitarum Familia*, in Majestate *Jllustrissimæ* TERESSIÆ, ANGELÆ ex *Miechowscijs* ZAMOYSCIÆ, *Palatin: Lublinen:* a Regibus Angliæ per Principes Bohemiæ, & Genearchas in Polonia sub BOLESLAO CHROBRY, ad moderna sæcula Authenticô Calamô deduxisti. Benedicit Te CRVCE sua *Celsissima* IABLONOWSCIORVM Prosapia, cujus ductum à Ducibus *S: R: Im: Pruss:* celsoq; Sangvine tractum, etiam Authenticâ cantâsti sepiâ. Manes in cordibus & aliarum Domorum utpotè: *Serenissimæ* olim *Domûs* SOBIESCIÆ, SIENIAWSCIÆ, POTOCCIÆ, ZAMOYSCIÆ, RZEWVSCIÆ, DENOFFIÆ, CZAPSCIÆ, TARLONVM, SZANGVSZKORVM, LASZCZEWIÆ, SZEPTICCIÆ, WORONIECCIÆ, LOPACCIÆ, MIROVIÆ, TRIPOLSCIÆ, TREMBINSCIÆ, HVMNICCIÆ; Insuper Supremi Tribunalis Regni; cæterarūq; innumerarū Familiarū; quas, cum deductionibus procedentiū Linearum, exaltatione Sangvinis, calculatione Honorum, Meritorum, Virtutum, innata Tibi Elogiorum summitate aliquoties adoraveras. Sat clariora sole volitant in publico opera; quorū centenus numerus hanc gracilem fugit Tabellam. Nam qui mihi margines comprehēsio erunt Tuorū voluminum? quibûs Geographiam Synopticam novæ dulcedinis, Revolutiones, observationesq; Mensiū, Metheora Chronologicè obser-

va-

vata, Prognoſes, eventus,clauſiſti. Quid illa ſerij laboris Calēdaria, quæ aliquoties bis decēnalia mirô artificio cōflata in lucē expoſuiſti? quorū unū ad ſtuporē etiā exterarū Gentium, Romanum, Græcum, Armenicum, Hebraicum, Turcicum, Arabicum, Aſſiriacum, Indicum, aliorumq; Orbium præferebat: ubi Jlluſtrationes SS. Bibliorum, Ceremonias Veterum, plurimaq; curioſa mente digna compendiâſti. Palpat terra, quam grato influxu Te Aſtronomica comitantur ſidera, quorum violatas Objectionibûs falsîs ideas; dexterîs, ac eruditîs reſponſionibûs protexiſti. Fauſtum Tibi debet augurium, diſperſus præterlapſô Annô Cometes, quem Cometologiâ curiosâ totâ Peripheriâ celebrâſti, pleriſq; clariſſimorū laborum facib⁹ adeo Roxolanæ, Litvanicæ Sarmaticæ Gēti declarâſti, ut Te nō telluris aſt Cælorū Progeniē crederent. Et hinc Purpurati Lechiæ Monarchæ adeo Tua devicti Indole, ut illis Tuô conſiliô paſci, Tuîs correſpondentiæ literîs oblectari, cariſſimum eſſet. Et licet jam omnibus in delicias abijſti, maximè tamen *Celſiſſimo JOSEPHO VANDALINO in Magna Konczyce* MNISZECH, *Caſtellano* Cracovienſi, inſertus triumphas; qui in Te ceu benignior Iupiter, & aliorū favorū rore; & aureo quotannis depluit imbre. Porro totius Lechiæ ſvaviſſima portio manes; quam dum in Te invidæ deglutire intenderant Charpiæ, tota in Comitijs Regni Varſavienſib⁹ vindices commota ad iras, ut te Pullum ſuum Aquilinis obvelâſſet ſecurū alis. Sed non minor gloriæ Majeſtas ſurgit Orbi, & in Oreſte Tuo amabiliſſimo *Perilluſtri & Reverendiſſimo* M: MICHAELE *de Lazy* DVNCZEWSKI, Sacræ Theologiæ Licentiato, Eccleſiarū Cathedralis Chelmenſis, & Inſignis Collegiatæ Zamoſcenſis, *CANONICO*, in veteri Zamoſc PRÆPOSITO, *A*poſtolico, Curiæ Epiſcopalis, & *C*onſiſtorij Generalis Chelmenſis Notario Actuario; à quo Augmentum Fides, Dogmata Lucem; Areopagus Authoritatem, Leges venerandam integrita-

F2 tem

tem derivant. Heros exactô Soleatus Geniô, ad festinandum pro incolumitate & gloria Gentis: in *Myslenice* cunas posuit, ut nonnisi cogitaret quomodo prodesset Patriæ. Feracissima Virtutibûs Vitis, & Sariano & Iagellonum plantabatur Arboreto: utriq; Academo fructibûs Scientiæ amænissima: ubi solicitavit labores, ut crevisset in illam procerrimam Quercum, quæ Lechiadum Iovibus valeret dedicari: ut jam omnium pæne radicatus cordi, profusa totô solô frondescit æstimatione. Ad Solium destinatus Sapientum: Solem Te produxit Aurora Sapientiæ, non aliô exortum mari, quàm Philosophorũ Mæandrô. Solẽ Te censuit Vniversitas Cracoviensis, tunc nonnisi in tenebris, dum humilitatis involvebaris nube; post nubila latentem, dum ignorantiæ umbras depellebas. Reluxisti Cracium peragrans Olympum inter multa Divorum Sanctuaria splendidissimus: ubi Divæ *Catharinæ*, Divi *Stanislai Casimiritani*, Divi *Bonaventuræ*, aliorumq; Cælitum, in Sphera Oratoriæ svadæ exortus, Geniales Festorum generabas dies: ita, ut hæreditaria Tibi à Sangvine facundiæ luce, omnium transverberares oculos animorum. Reluxisti & in Zamoscano Polo radiis Eloquentiæ Tuæ, D. *JOANNEM CANTIUM* Panegyrico decantãdo cõcentu. Reluxisti ad Sepulchrum Domini, Ecclypsarum vargaris Cometis Phæbum illustrando. Claruerunt Lycæa, claruerunt Exedræ; claruit Chelmensis Diæcesis Tuo Eruditionis fulgore. Qui uti Cortina Senatorũ, Amor Sapientiæ, Pretium subjectorum, Palma Ecclesiæ, SZEMBECIANO *Rosarum* insertus pululas intimè *Pæsto*; Cordi nempe: *Illustrissimi, Excellentissimi & Reverendissimi Domini*, D. IOSEPHI EVSTACHII *in Słupow* SZEMBEK, *Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ* EPISCOPI Chelmensis, ABBATIS Wągrovecensis, Cancellarij Nostri faventissimi. Qui Te velut Seminatorem Catholicorũ dogmatum, inter Pastorales Visitationes adsciscit sibi. Vnctus Eques Domini: quantumvis ignem gladiô non

fodias

fodias, in sacratiorem tamen Liparam, & Seraphicos facilè Vesuvios abis, quoties flammis sapientibus, contra ignes fatuos opus, quoties frigida pectora fidelium excitanda. Manifestè mirata Heroicā in Te pro Castris Dei Sabbaoth Virtutem Diæcesana Sacraria, quæ vaginatus acriori stylò Zelotes, tum Panegyricò, tū morali Eloquentiæ spiritu animâsti. A multis annis Rei-Publicæ Literariæ Civis, nihil proconsule genio agis, quod Musis & Musæo in lenocinia non cedat: in Oculo bonæ mentis Tuæ, nec festucæ, nec atomo locus; totum limpidum præferens sapientiæ, quæ mentes diaphanas amat. Didicit Te Phæbum explicatissimæ lucis Oceanus Tullij, qvem trinis decurrens lustris, traxisti ceream Lechiadum indolem, ut eruditionis Tuæ calefacta entheo, de Idolis Thebanis, in Demosthenū transformaretur Ideas. Hinc *Reverendissimo ac Perillustri Domino*, D. M. MATHIÆ PAWOLOWICZ, *S: Th: Doctori, Infulato Zamosc: Præposito Szczebrzeszynensi*, PROCANCELLARIO Vniversitatis nostræ gratiosissimo, *Amorem Literarū*, Oratoriis affectibus Tuis excitasti: tali eundem Titulo, ad primitias Tiarati Honoris in Panegyri coronando. Subibas & Maria, Philosophica aliquot annis, uti nunc Theologica subis; à quibus quàm serenò oriebaris & oriris in privatis publicisq; Templorum Zamoscanorum Disputationibus sudò; multa triumphorum meridies pateticum indigitat. Thesesq; *Illustrissimo & Excellentissimo Domino*, D. CLEMENTI *in Zamoscie* ZAMOYSKI, *Palatinidæ Lublinensi, Capitaneo Tarnavacensi*, dedicatæ exponunt. Cujus *Illustrissimo* GENITORI, *Palatino Lublinensi*, adeo in pignus amoris cessisti, ut te opimis favorum, & Prælaturarum impingvaret cumulis. *Jurium* Lampas, quâ toti CANCELLARIÆ arridens, singularius medullas erga Te inflâmmasti, *Perillustris & Reverendissimi Dñi*, D. ALEXANDRI *à Trembin* TREMBINSKI, *V. J.* DOCTORIS, PRÆPOSITI Cathedralis, Officialis Generalis & Vicarij in Spiritualibus Chelmensis, Archidiaconi LVBLINENSIS,

in Ryki Præpositi, qui Te inter manubias Archivi sui, primum hono-
rat Monile. Silebo interea prolixam gloriam Tuam, ne ad multa so-
lutus, Te indigna proferã. De vivis operibus Tuis utquid exageran
dum, quæ nulli mortua, cuiq; opem ferunt, quis in Pòëmate Delius?
in ore Florus, in utraq; Theologia Theosophus clarescas? Quòd Te
novum Thèódocten, aut Lucullũ colendũ extat; decernent in omni-
bus Diæcesanis Ecclesijs Decreta Reformationis confecta, decer-
nent Volumina, quæ in utroq; Jure facultateq; Oratoria superbo ad
invidiam charactere conscripsisti: quanquam jam insinuâsti Orbi do-
cumentîs laborum, altis in agendo consiliîs, Solida in adversis dexte
ritate, quid valeas arte, quid sones Propagine clara. Ex qua adhuc-
mihi in calamum gloriæ gladios suppeditant, *Magnifici ac Generosi Pa-
trui Vestri* in Palatinatu Cracoviensi meritîs insignes, ALEXANDER
nempe & STANISLAUS *de Łazy* DUNCZEWSCIJ, Quorum primus,
vitæ paradigmaticæ Archetypus, in Cælibatu Cælo suam mandavit
vitam. alter Gradivîs instructus calcaribus, sub DUCE JABŁONO-
VIO audax omnia perpeti Eques militârat, impatiensq; vixerat, Va-
ginam in hostes non torqueri, ubi vulnera Martis hiare, truncatæ
manus, avulsi artus pro Patria, purpurâ prosilire videbantur. Qui ut
Turris fortitudinis Lechiæ evasisset, *Magnificam ac Generosam* D. BAR
BARAM, Armorum *Pobok* BROMIRSKA, in Conjugem adoptavit
sibi, Murumq; Acheneũ, in vicissitudine Patriæ gessit indomitus. Tam
uberrimo Vestræ KRZYWDÆ Agmini, augent distentæ totô Polô-
Affinitates gloriam, JASKOLSCIORUM, PIASECCIORUM, WIT
KOWSCIORUM, HORNOWSCIORUM, TUSZYNSCIORUM,
MIŁKOWSCIORUM, MROSZCHORUM, BROMIRSCIORUM,
multorumq; Heroica Nomina. Quibus ut addidisses numerosiora
Insigniorum incrementa, *Perillustris Vir, ac Neo-Doctor Clarissime*: Tesse-
ram cordis, sive TERESSIAM *de Lichtẽstein*, ex Familia CONRADI,
M. *Cõmẽdatoris Prussiæ*, Domo vetustissimæ jungis; quæ generoso Ger-
minis quaternione, *IOANNE, MICHAELE, ANTONIO & IOSEPHO*,
natîs ad magna Gradivi Palladosq; Ascaniîs, *Domũ Tuã* ampliat, pro-
tenditq; in ŁAZNIEWSCIJS, ROMANIS, CHRZĄNOWSCIJS,
BORKOWSCIJS præclaram Arboris Tuæ Genesim, alijsq; intra Po
lonos & Exteros Lares clarentibus Viris. Horum omniũ Tu Laus,
Tu Corona, Tu CANCELLARIA manes STANISLAE: ex qua Al-
mæ Universitati Zamo: quot Pandectæ Jurium evolutæ, Sparta Le-
ctionum Tuarum in Facultate hac multîs annîs dictatarum, Testimo
nium confitetur. absolves tantùmmodò calamũ à reatu; quod Te
obmutescat Virum Consilij, Virum dextrũ, etiam propriîs stipendiîs.
pro immunitate Gentis Togatæ sæpe militantem. Virum Superis,
Virũ Sapientiæ amabilẽ. Loqvuntur de Te jã Dij, quorũ gloriã in Li-
bellis Toti Academicæ Juventuti propriô impendiô datis decantas,
Loqvũtur relaxato ore tot Orbi cõcredita volumina. Loqvẽtur ad-
huc & in his Posteritati Nostræ, quæ jã congesta in fastos, curiosa
politie, rara eruditione Majestuosos, favente fortuna propalare attẽ
tas. Modò Te Astreæ receptũ Augustali, liceat palmaribûs colere
votîs. Dominare in medio virtutũ & meritorum Tuorũ, Justitiæ
Corona Augustior: ad noviter Orbi recelatã *Cancellariã* Tuã,
nihil præter locationes fortunarũ, nihil præter emerita ho-
noraria, non intermisso agmine ut contendant.

* * * * * * * * *

* * * * * * * * * *